

151
E. I. 1
N.º 5.1.5

Romae, d. 1 Octobris 1963.

Eminentissime Domine,

Hodie in Congregatione Generali quosdam defectus generales paragraphi 2 ad sextam capituli I Schematis "De Ecclesia" illustravi. Ad hos autem defectus vitandos textum proponimus qui, nostro iudicio, eosdem conceptus ac Schema continet, et qui id emolumenti habet, quod figurae scripturisticae Ecclesiae in ipso conspectu trinitario integrantur et exactius appropriationes ad Divinas Personas quod attinet servantur.

His litteris annectuntur:

- a) Textus ad instar exempli propositus;
- b) Quaedam explicationes eiusdem;
- c) Textus orationis ab infrascripto in Congregatione generali hodie habita; et
- d) Elenchus subsignationum Episcoporum proponentium.

PATRIMONIO U.C.

Eminentiae Vestrae addictissimum in Domino me profiteor,

Radulfus, Card. Silva Henriquez,
Archiepiscopus Sancti Iacobi in Chilia.

Eminentissimo ac Reverendissimo Domino
Domino LEONI IOSEPHO SUENNENS,
Archiepiscopo Mechelinen. et Bruxellen.,
Sacrosancti Concilii Moderatori.